



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 42. Carolus Valesius Constantinopoli recuperandæ intentus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

gerans Guilielmum Nogaretum, Sciar- Sæcul.XIV.  
ram Columnam, & undecim <sup>A.C.1304.</sup> ~~aliros,~~  
~~gōnem~~  
~~stola r~~  
~~es ora~~  
~~tentūs~~  
~~is con~~  
~~es Ro~~  
~~2 Aug~~  
~~m in i~~  
~~1 quin~~  
~~Senatui~~  
~~us de~~  
~~declar~~  
~~m con~~  
~~s suam~~  
~~Regis~~  
~~, quo~~  
~~animo,~~  
~~curatu~~  
~~3 Papa~~  
~~m San~~  
~~niam &~~  
~~esiæca~~  
~~x, quan~~  
~~erat po~~  
~~n neces~~  
~~in 1304~~  
~~ari litt~~  
~~nifaciu~~  
~~sauri di~~  
~~e exsg~~  
~~gerans~~  
mnino tredecim execratione devinxit,  
atque festo S. Petri die coram se ad-  
esse jussit.

§. XLII.

*Carolus Valesius Constantinopoli re-  
cuperandæ intentus.*

Interea Carolus Valesius Regis Philippi  
frater per Canonicum Parisiensem suum  
Cancellarium & per quendam Virum  
nobilem e diœcesi Carnutina tanquam  
internuncios Papam edocuit se armare  
classem Imperium Constantinopolitanum  
ad Catharinam Curtiniensem conju- Rayn. n. 28.  
gem suam pertinens recipiendi gratia; Ducang.  
poscebatque, ut Benedictus legata pia hist. C. P.  
cæterasque donationes in emolumentum p. 224.

Palæstinæ factas pro sumptibus hujus  
expeditionis ipso concederet, & com-  
mutaret vota illorum, qui terræ sanctæ  
causa induissent crucem, atque cum ipso  
in schismaticos ire vellent. Demum po-  
stulabat, ut Papa pro hoc molimine sa-  
crum ubique classicum cani juberet.  
Is 27 Maji rescripsit se consentire in ejus  
petitiones excepta generali exhortatione  
ad ineundam crucis militiam; illam in a-  
liud tempus esse differendam ob præ-  
sentem Galliae statum, nempe ob bel-  
lum

N n 2

lum

Sæcul. XIV. Ium cum Flandris, quod omnes regni vi.  
A.C. 1304. res exigeret.

*Kayn. n. 29.* Sed 20 Junii ad Episcopum Silvanectensem aliosque Franciæ Præfules epistolam dedit in hanc sententiam. Religionis studium debet sine dubio Christianorum amicos accendere ad eripiendum schismatis Imperium Constantinopolitanum. Nam si (quod nolint Superi!) illo potirentur Turcæ, ac reliqui Saraceni, qui Andronicum identidem invadunt, his non facile posset adimi. Et quanto periculo, quanto dedecori hoc esset Romanæ Ecclesiæ totique orbi Christiano! Optamus certe, ut Comitis Caroli motio prosperum successum habeat quippe utilissima ad ferendas terræ sacræ suppeditas variis ex causis tamdiu retardatas. Itaque vos cunctos rogamus, ut ad id opus bonum efficacem conferatis operam. Etenim si nossetis Græcorum nostri contemptum odiumque ac errores in fide, supervacanea foret nostra vestri adhortatio ad hoc consilium cum ardore suscipiendum.

### §. XLIII.

*Benedictus XI favet Fratribus Mendicantibus.*

*Sup. §. 29.* *Rayn. n. 31.* *Quesph. p. 197.* Papa Benedictus Guilielmo Maclesfeldio, quem anno priore Cardinalem crea-